XXIII.

Diſputatio Juridica

DE JURE DOTIUM.

Quam

Auſpicio & auxilio S.S. Triados

Permiſſu & conſenſu Magnifici JCtorum ordinis in illuſtri Genenſium Academiâ

SUB PRÆSIDIO

Viri præſtantiſſimi & doctiſſimi

HERMANNI MEIERI VVeſtph.

Viris nobiliſſimis & præſtantiſſimis ad conferendum invitatis diſcutiendam exhibet

JOHANNES Duldorff Equ. Sax.

Ad diem Jun.

JENÆ

PRÆLO STEINMANNIANO.

Anno. M. DC. XIX.

VIRO

Magnifico, nobiliſſimo, & admodùm ſtrenuo,

DN. BALTHASARI von Aleſeldt/

Sereniſsimi Daniæ Regis &c. Conſiliario intimo, & Præfecto in Rendersburg/ hæreditario in Heiligenſtedte/ Colmar/ Drage & Kampen/ cognato ſuo debita animi ſubmiſſione ſuſpiciendo

Exercitium hoc juridicum

In obſervantiæ teſtificandæ monumentum ſuiq; & ſtudiorum ſuorum commendationem ulteriorem

offert & inſcribit

JOHANNES Dalborff R.

DE JUREDOTIUM.

THESIS I.

DOTEM à dando ſicut & donum derivat Weſenbec. *par h. t. n 2.* à græco δωτίνη ſive δότις Varro *lib. 4. de ling. latin in f.* quæ notationes ſi veræ ſunt, dos idem erit quod datio & donatio *Treutl vol. 2. diſp. 7. th. 1. lit. A. ad quod facit l. fin. pr. verſ. ideò n. C. de donationib, ante nuptias.* Verùm cum poſtea dotis appellatio *teſte Varrone ibidem* ad rem ſive pecuniam nuptiarum cauſa datam reſtricta ſit, magis eſt ut hæ appellationes, quibus vocabulum dotis populariter & latinè loquentibus idem quod bona denotare ait *Mejer. in coll. ff. h. t n. 1. ut cum dicimus dotes animi & corporis, dotes prædiorum l. 2. §. fin. l. 20. ʃ. 1. de inſtr. leg l. 52. ʃ. 2. d. fidei. & jure canonico dotes Eccleſiarum C. cum ſicut. 8. extra. de conſecr. Eccleſ* tropicæ & metaphoricæ ſint quàm propriæ *Bachov in Tr. d. diſp.*

II, In jure noſtro vocabulum dotis homonymum eſt, quandoque enim ſignificat ipſam rem, quæ pro ferendis matrimonii oneribus datur, ut cum quis dicitur dotem numerare, dare *t. t. C. d. dote cauta non numerata Bruſt de dote c. 2.* quandoque ipſam dationem, quandoque qualitatem & jus quo aliqua res dotalis eſt, ut cum dicitur pecunia doti deſtinari & dotis fieri *l 71. ʃ. 3. de condit. & demonſtr.* quandoque titulum & cauſam transferendi *t. t. pro dote l 47. §. f. de pecul. §. per traditionem 40. Inſt de rer. diviſ.* Dd. plerisque jus in re marito conſtitutum pro oneribus matrimonii *Tr d. loco lit. B. ibidemque allegati Vult. I. R. 20. n. 3. contra quos ſentit Bachov. in Tr. d. lit. B.*

III. Nobis pro inſtituti noſtri ratione dos ſic defi-

 nietur:

nietur: Dos eſt res quævis marito propter nuptias pro oneribus matrimonii ſuſtinendis conſtituta. *Don. 14. com. 4. Zaſ. ad rubr. ſolut. matrim. n. 14.*

IV. Jus univerſale ſicut hereditas, *quod puta- vart. rubr. ſol. matrim. n. 16. & ſeqq.* dos non eſt *Zaſ. all. loco n. 16 & ſeq* quamvis interdum univerſitatem denotare poſſit, quatenus videlicet res multæ & diverſæ in dotem datæ, & aliæ quæ poſtea acceſſerunt, dotis appellatione veniunt *l. 6. l. 31. §. f ſol. matr. Bachov. in Treutl. d. lit. B.*

V. Conſtituitur dos vel ab ipſa muliere *l. 1. C. de dot. prom. l. 4. l. 16. l. 18. C. h. t.* vel ab alio ejus nomine *Vlpian. in fr tit. 6.* patre videlicet mulieris vel à patre extraneo *l. dotem. 35. ff. h. t.*

VI. Hinc ex cauſa efficiente perſonis ſcilicet conſtituentibus dos alia eſt profectitia, alia adventitia *Vlpian. d. l. §. 2.* quæ utraque eſt vel vera vel putativa. Vera quæ accedit matrimonio juſto & legitimo. Putativa contra, quæ putatur magis quàm ut ſit, idque ob privilegia quæ de jure ad repetendam illam non minus conceſſa ſunt quàm ad veram. *l. 23. §. f. l. 2. inper. d. priv. ead. Vult. d. l. n. 15. & 16.*

VII. Profectitia dos eſt quæ conſtituitur à patre vel parente fœminæ paterno virilis ſexus de bonis vel facto ejus *l. 5. pr. h. t. Vult. 1. l. R. 20. n 6.*

VIII. Profectitiam dotem facit non poteſtatis jus ſed parentum nomen tàm naturalium quàm adoptivorum *d. l. 5. §. 13. ff. h. t.* quare hic non diſtingvitur mulier ſui an alieni juris ſit. *d. l. 5. §. 11.* Nec ut in emancipatis nulla diſtinctio peculii *l. ult. in f. C. d. inoff. teſtam.* Sic quoque dotis. *Hillig. in Don. enucl. 14. com. 6. lit. A. in not.* Unde prædicta diviſio dotis non videtur eſſe ſubdiviſio illius dotis quam affert filiafamiliàs, *prout ſentit Bachov in Tr. d diſp. th. 1 lit. E.*

IX. Ut dos profectitia ſit, requiritur, ut parens dotem tanquàm parens dederit *d. l. 5. §. 11.* & de ſuo aliquid erogarit *d. l. 5. §. 5.* cœteroquin ſi tanquam debitor filiæ vel alterius, vel fidejuſſor dederit, quamvis à reo id quod ſolvit recipere nequeat *d. l. 5. §. 6.* vel dotis conſtituendæ cauſa legatum vel hæreditatem repudiet *d. §. 5*, adventitia dos erit.

X. Im

X. In dubio autem parens non ut extraneus ſed ut parens dotem dediſſe intelligitur *Treut. d. diſp. th. 2. lit. A.* etiamſi ſit curator filiæ *d. l. 5. §. 12.* Unde ſi ſimpliciter pater filiæ dotem promiſerit vel dederit, eam de ſuis bonis dare tenetur, vel dediſſe intelligitur. Quod idem eſt ſi ex ſuis & filiæ bonis dotem ſe dare dixerit vel daturum promiſerit, & ipſe ſubſtantiam idoneam poſſideat *l. 7. ibiq. Gothofr. C. de dotis promiſſione* ſecus eſſe vult Fachin. *10. cont. 39.* ſi dixerit ſe dare dotem computato omni eo quod filiæ debet. Quod ſi expreſſe de filiæ bonis dotem conſtituerit, pro conditione bonorum filiæ, quæ pleno jure habet, ex ipſius filiæ bonis dotem conſtituiſſe intelligitur, *quod tradit & confirmat Bachovius in Tr. d. diſp. th. 2. lit. C.*

XI. Dotare enim officium parentum eſt, ad quod ſi detrectent cogi poſſint *l. 19. d. ritu nupt. d. l. fin. C. de dot. promiſſ. l. 22. pr. ad SC. Trebel.* non quidem jure actionis ſed officio judicis *Gail. 2. obſ. 95. n. 1.*

XII. Cogi autem poſſunt parentes qui liberos in poteſtate habent, ideoque avus paternus neptem ex filio quem in poteſtate habet, ex ratione juris noſtri dotare cogitur *d. l. 19. de R. N. l. 6. de collat. Bachov. d. d. th. 3. lit. A.*

XIII. Cœterum ſi pater bona idonea habeat, ipſe ad dotem conſtituendam tenetur, vel avus ex ejus adventitiis bonis eandem nepti conſtituere poteſt *Fachr. 10. cont. 40. Bald. & Salic. in d. l fin. C. d dot. promiſſ. Beuſt. de dote c. 4. in f.*

XIV. Cogitur autem pater principaliter ad eum effectum ut conditionem honeſtè nubendi filia inveniat *d. l. 19. d. R. N.* Unde ſi ſponſus puellâ ſola contentus dotem nullam cupiat, nulla cogendi patris ratio ſupereſt *Bach. in Tr. d. diſp. th. 2. lit. B.* Non tamen prohibetur dotem petere nuptiis inſecutis à ſocero gener ille, qui ſponſaliorum vel nuptiarum tempore nullam fecit mentionem dotis, quia petitioni dotis eo non renunciaſſe videtur, nec patris officium quod in duobus conſiſtit, in conditione quærenda, & in dotando per alterutrum eſt expletum *Gail. 2. obſ. 85. n. 10. & ſeqq. Beuſt. d dot c. 4. Mejer. d. l. 65. n. 10.*

XV. Ratio quare ad dotandum compelli potuerit

patens ſi ætas & pudor virginis hoc exigeret, hæc olim fuiſſe videtur, quod olim filiafamilias alias difficulter nubendi conditionem inventura fuiſſet, ſi non pater ad eam dotandam cogi potuiſſet, cum nihil omninò in bonis aut ſuum habuerit *Mejer. d. t. 5. n. 1.* quod cum hodie ſecus eſſe poſſit, quæritur an ad dotandam filiamfam. locupletem pater cogi poſſit? quod aff. *Bald. in d. l. ult.* C. *d. dot. promiſſ. col. 2. in pr. & Iaſon. in §. fuerat Inſt. d. action n. 98. & ſeqq. & in l. 1. ſol. matr. verſ. adde in ſimili. Treutl. d. diſp. t. 2. lit. c Gail. 2. obſ 95. n. 14. Beuſt. d. dot. c. 4.* Negant *Bart. in l. 22. § 4. ad Trebell Craſſus lib. 1. comm. opin. c. 6. quæſt. 3. Duar. ad tit. ſol. matr. Tr. de dote c. 3. Alciat. παρεργ. lib 8. c. 3. Conn. lib. 8. c 8.* Diſtinguit *Bachov. in Tr. d. diſp.* an filiafamilias bona quædam habeat pleno jure, eoque caſu patrem ad dotandum teneri negat: an v. proprietatem nudam eorum, & hic ex cauſa ſtatuendum putat, ut ſi forte uſusfructus ſit amplus & aliàs pater in re lauta, ipſe de ſuo dotem conſtituat, cujus ſententia æquior.

XVI. Nec ſolum primâ vice ſed etiam ſi in primo matrimonio dotem ſine culpa amiſiſſet denuò à patre dotanda filia quæ ad ſecunda vota tranſit *Nov 97. c. 5. Bal. & Iaſon. in Auth. quod locum.* C. *de collation. gl. in l. 2. §. 1. verb. dos ff. ſolut. matrim Iaſon. in §. fuerat Inſt. d. action. n. 35. & n. 117. Tr. d. loco lit.* C. *Mejer. d. t. 5. n. 9.*

XVII. Emancipatam filiam cum bona ſua habeat, ex quibus dos ei rectè conſtituatur, pater dotare non cogitur *l. 5. §. 12. l. 51. l. 44. pr ff. h. t.* Cæterum ſi filia emancipata pauper ſit, nec ſine dote conditionem invenire poſſit, non tantùm ex honeſtate & pietate *ut vult. Mejer. d t. 5 n. 3 Obre. diſp. d. dot. t. 88. & ſeq.* ad dotem filiæ conſtituendam tenebitur, ſed etiam officio magiſtratus compelli ex cauſa poterit *Bach. in Tr. d loco lit.* D.

XVIII. Cum in eâ filia quæ citra conſenſum patris quantumvis digno marito ſive ante ſive poſt 25 ætatis annum *arg. eor. quæ habet Bach. in Tr. vol. 2. d. 6. t. 5. lit.* C. nubit, ex ratione juris civilis nullæ nuptiæ & ſtuprum potius contractum intelligatur *l. u. d. ſtatu homin. §. ſi adverſ. hiſt. de nupt.*

pater

pater quoque ad dotem, quæ ſine legitimis nuptiis eſſe non poteſt, illi conſtituendam non tenebitur.

XIX. Sed cum in terris, ubi Pontificum ſtatuta præponderant, certi & indubitati juris ſit non tàm ex juris Canonici ſanctionibus, quæ vulgò ad hoc probandum citari ſolent, quàm concilio Tridentino *Seſſ. 24. in decr. de matrim. Clandeſtin* Quod nuptiæ inſcio vel invito patre contractæ ſubſiſtant, quæritur an pater filiam ita nubentem dotare teneatur? quod ipſum ſi filia digno marito nupſerit, affirm. Gail ex magis communi Dd. opinione, quos citat *2. obſ. 95. n. 10. & ſeqq.* Indigno verò & vili contra honeſtatem familiæ & progeniei aut ſtemmatis nubentem tantùm abeſſe ut dotare teneatur, ut etiam eam exheredare poſſit *ibid. n. 17. arg. l. 3. §. 5. d. bonor poſſeſſ. contra tabul.* & indignum maritum intelligendum dicit eum, qui turpitudine vitæ & infamia aliqua laborat, non qui inferioris conditionis *n. 18.*

XX. Filiam quæ turpi & inhoneſta vita relicta & moribus mutatis honeſtè nubere cupit petere à patre dotem non poſſe vult *Treutl. d. l. lit.* F. quod tamen humanius eſt ut affirmetur, maximè ſi pater nuptias filiæ uſque ad annum 25. ætatis diſtulerit *N. 115. c. 3. §. ſi alicui.* quia tum filiæ peccandi occaſionem dediſſe intelligitur, licet hic pœnitentiæ modus, turpitudinis qualitas & exinde nota patri & familiæ illata in conſiderationem veniant *Bachov. ibid. lit.* F.

XXI. Dotandi à patre ſunt tantùm liberi ex legitimo matrimonio concepti, non naturales tantum *l. 41. §. 11. ubi gl. & Br. de leg. 3. Nov. 89. c. 12.* multò minus ex ſtupro vel alio damnato coitu nati. Tales verò moderate à patre dotari poſſe in judicio Cameræ concluſum fuit *Gail. 2. obſ. 88. n. 12.*

XXII. Quia liberi hæretici ipſa quoque parentum ſucceſſione privantur *l. 19 in pr. verſ cæteris. C. de hæret. & Manich. Nov. 109. N. 117. c. 3 §. 14.* pater hæreticam filiam dotare non cogetur, niſi ſit ejuſdem ſectæ *Beuſt. d. dote c. 14. arg. l. 11 in fin. C de inoff. teſt. Mejer d. l. t. 5. n. 7.*

XXIII. Tenetur pater ad conſtituendam dotem filiæ pro facultate patrimonii & dignitate natalium *l. 69. §. 4. ff. h. t. arg. l. 60. ff. eod.*

24. Unde

XXIV. Unde ſi pater inops vel ære alieno obrutus fuerit, nec ad dotandum compelli nec in fraudem creditorum dotare poterit *l. 14. l. fin. §. quæ in fraud. cred Vult. 1. I. R, 20. n. 8.*

XXV. Quod ſi pater ab hoſtibus ſit captus aut à latronibus oppreſſus magiſtratus decernet quantum ex bonis patris filiæ in dotem dandum ſit *l. 5. § 4. ff. h. t.* Idem *arg. d. l.* dicit Beuſt. *d. dot. c. 4.* ſi pater abſens ſit & neſciatur, quando reverſurus ſit, filia v. procum fortè habeat, & ita ſit nubilis, ut propter moram patris periclitari poſſit ejus pudicitia.

XXVI. Adventitia dos eſt quæ à quovis alio quàm à parente paterno conſtituitur *Vlpian in fragm. tit 6. §. 1.*

XXVII. Alius ille eſt vel ipſa mulier vel quivis extraneus.

XXVIII. A muliere ipſa dos conſtituta, quod ſit adventitia, probatur tùm *arg. l. 5 §. 11. ff. h. t.* tùm quod tantùm profectitiæ & adventitiæ dotis in jure noſtro mentio fiat *Mejer. d. l. c. 10. n. 9.* ſane ſi hæc appellatio ad normam peculii profectitii & adventitii dimetienda eſſet *§. 1. per quas perſon. acquir.* non omninò concinnè appellaretur dos adventitia à muliere ſui juris conſtituta *Bach. in Tr. d. diſp. th. 1. lit. E. & th. 13. lit. F.*

XXIX. Mulier ipſa dotem conſtituit vel per ſe vel per alium, qui nudum miniſterium præſtet, veluti ſi debitor mulieris juſſu ejus dotem dicat inſtitutus *Vlpian. d. l. pr.* vel tutores & curatores ex bonis adultæ dotem conſtituant *l. 60. l. 69. §. 5. ff. h. t. l. 9. C. d. adm. tutor.* qui ſine decreto rem immobilem vel alias precioſiorem in dotem dare non poterunt *l. prædia. 8. ubi Bart. Salic. & alii C. de præd. min.* & multò magis ſi maritus non rem ſed pecuniam in dotem ſibi dari velit, decreto opus habebunt *l. 61. ff. h tit. Simonc. d. decr ſup. contr. minor. l. 3. tit. 8. inſpect. 13.* nec ultra modum facultatum & dignitatem natalium dotare poterunt. *l. 61. pr ff. h. t.*

XXX. Extraneus eſt quivis præter patrem vel parentem paternum virilis ſexus animo parentis dantem *l. un. §. 13. in f. C. de rei. ux. act.*

XXXI. Dos igitur à matre & parentibus maternis

ſive

ſive ut parentes ſive non ut parentes conſtituerint, à propinquis item tàm paternis quàm maternis, & multo magis à prorſus extraneis conſtituta adventitia eſt.

XXXIII. Sic ergo dotem conſtituere poterit quivis, cui bonorum ſuorum adminiſtratio concesſa, cujuscunque is demum ſit ſexus vel conditionis *l 41 ff. h. t. Vult. 1. I.R. 10. n. 13.* etiam minor, qui moderatè non effuſè dotare poteſt, ſecus læſo ſuccurritur per reſtitutionem in integrum *l. un. C. ſi adv. dot. arg. l. 9. §. 1. de minor.* Fœminis tamen hac in re SCti Vellejani exceptio non prodeſt *l ult. C. ad SCt. Vellejan.*

XXXIV. Sed ad dotem conſtituendam extraneus non tenetur, ſed totum quicquid ejus facit, ex liberalitate proficiſcitur non ex obligatione.

XXXV. Adeò ut nec mater vel avus maternus niſi ex magnâ & probabili cauſâ vel legibus ſpecialiter expreſſâ ad dotandam filiam vel neptem cogi posſint, vel pater invitâ matre ex bonis ejus dotem asſignare posſit *l 14. C. h. t.*

XXXVI. Magna autem & probabilis cauſa eſt non tantùm inopia patris, ſed etiam eo mortuo inopia filiæ, ſi mater ſit locuples & filia ſine dote nubere non posſit *Beuſt. d. dote c. 4. Salic. in d. l. 14. Dd. Br. Cyn. & alii ibid. Jaſon. in Auth. quæ res C. comm. de leg. col. 3. verſ. juxta hos.*

XXXVII. Cauſæ legibus ſpecialiter expresſæ exemplum ponit Obrecht *diſp. d. patrim. mulier. t. 117.* Treutl. *d. diſp. th. 3. lit. B.* in matre hæretica quæ filiam orthodoxam dotare cogitur *l. 19. §. 1. C. de haret. & Manich.* Sed cum ex conſtitutionibus novis hæreticorum bona confiſcentur *Auth. Gazaros C. de haret.* quam ſententiam communem eſſe docet Clarus *in § hæreſis.* commodius exemplum ponitur in matre Judæa *à Bach. in Tr. ibid.*

XXXVIII. Nec tamen his caſibus à matre vel parentibus maternis dos data profectitia erit, quod vult *Treutl. d. diſp. t. 3. lit C.* cum accidens non posſit variare ſpeciem dotis & ſolum nomen & jus patris propriè dicti in linea virilis ſexus faciat dotem profectitiam, nec avus maternus citra conventionem jus repetendæ dotis habeat *l. 45. ſol matrim.*

 39. Frater

XXXIX. Frater quoque ſororem germanam vel conſanguineam inopem dotare tenetur *l. 12. §. 3. ubi Bart. ff. d. admin. tutor. Duaren ad tit. ſolut. matr. Tr. de dote. c. 3. in fin. Emanuel Soarez in theſauro recept. ſentent. lit. O n. 350.* Ad uterinam verò dotandam non niſi ex liberalitate eſt obſtrictus *d. l. 12.*

XL. Matrem juvenculam inopem à filio divite dotandam quidam ajunt *Hotom. in tr. d. dote n. 23. Boc. claſs. 1. diſp. 8. th. 16.* quod non videtur *Treutl. d. l. lit E. Mejer. d. t 5. n. 15.*

XLI. Res in quibus dos conſtitui poteſt, ſunt omnes eæ, quæ ſunt aut eſſe poſſunt in commercio *VVeſenb. parat. ff. b. t. n. 3. Vult. d. l. n. 18. Treutl d. diſp. th. 4. lit. A.*

XLII. Nec refert eæ res mobiles ſint, ut quæ pondere, numero, menſura conſtant, aut aliæ, vel ſe moventes, vel ſoli, ut prædium tàm ruſticum quàm urbanum *d. l. un §. 7. C. d. rei uxor. act. l. in rebus. 30. C. b t.*

XLIII. Nec tantùm res corporales, ſed etiam incorporales in dotem dari poſſunt, ut ſervitutes tàm perſonales, *ut uſusfructus, l. 18. C. b. l. 7. §. 2. l. 66. l. 78. pr. §. 1. 2. 3. ff. eod. quo in dotem dato ipſum jus in dote eſt, non etiam fructus qui percipiuntur d. l. 7. §. 2. ff. b. quo etiam deducto nuda proprietas in dotem dari poterit d. l. 18. C. b. t.* quàm prædiorum *arg. l. 17. comm. præd. l. ult. d. ſervitut. l. 3 §. 2 l 6. §. 5. de act. empti l. 16. ff ſerv. vindic. l. 10. de evictiõn. l. pen. §. 1. de contr. empt.*

XLIV. Item nomina & actiones *l. 2. C. d. oblig. & action. l. 5. §. 11. l. 12. §. ult. l. 25. l. 43. pr. §. 1. l. 44. § 1. l. 77. & paſsim. ff. b. t.* item hæreditas *l. 13 §. 10. de petit. bæred.*

XLV. Jurisdictio imperium merum & mixtum; quia hodie in bonis ſunt in dotem dari poſſunt *VVeſenb. parat. ff. b. n. 3. Mejer. d. l. t. 7. n. 7. Obrecht. d. diſp. d. patrim. mul. th. 158.*

XLVI. Feudum regulariter ab alio mulieri in dotem dari nequit *§. donare. qualiter olim pot. feud. alien. 2. F. 9. c. imperialem. d. prob feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* cum dotis datio ſit quædam alienatio & pleniſſimum jus utendi tranſeat in maritum,

maritum, qui etiam propter impenſas aliquod ſibi in eo jus vendicare poſſit *Bach. in Tr. d. diſp. th 4 lit. A.*

XLVII. Receptum tamen eſt, ut ſi dos aliunde conſtitui & filia ſine dote nubere nequeat, ut ex fructibus feudi filiæ dos conſtituatur *Mynſing. 4. obſ 86. Borch d. feud. c 7. n. 74. Hartman Piſtor. 2. quæſt. poſter. q. 37.* Et in terris Saxoniæ conſvetudine receptum eſt, ut ſi ſorores ex bonis hereditariis non poſſint elocari à fratribus & aliis feudi ſucceſſoribus judiciis arbitrio dotentur Landt Recht ſub tit. von Theilung der Brüder vnd Mitgifft der Schweſtern aus dem Lehen. *Beuſt. d. dote. c. 4.*

XLVIII. Feudum improprium quod liberè alienari poteſt, *quale eſt illud, quod quis ea lege alicui dedit, ut ipſe & ſui hæredes & cui dederit, habeat c. un. de feudo non hab. propr. natur. feud. 2. F. 48.* etiam absque conſenſu domini in feudum dari poterit.

XLIX. Ipſa quoque mulier feudum quod tenet, marito ſuo in dotem dare poteſt *c. un. de inveſtit. quam Tit. accep. à Sempr. 2. F. 13. c. un de eo qui ſibi vel hæred. ſuis 2. F. 17. VVieſembſ. in obſ. pract. tit. d. feud. obſ. 19. Gothofr. Anton. diſp. feud. 9. t. 5. lit D.*

L. Si verò æſtimatò feudum à muliere in dotem detur vel pacta de lucranda dote interponantur, domini conſenſus procul dubio neceſſarius erit *Rittersh lib. 1. part. feud. c. 16. q. 22. Gothofr. Anton. d. loco.*

LI. Non modò res propria dantis ſed etiam aliena in dotem dari poteſt *l 6 §. 1. l. 7. §. fin. l. 34. l. 39. l. 67. l. 81. ff. h. t. l. 13. C. eod l. 3. C. de long temp præſcr. l. 1. C. d. uſucap. pro dote t. t. ff pro dote l. 11. ſol. matr. l. 13. §. 2. l. 14. §. 2. de pact. dot.* ita ut inter ipſos contrahentes contractus utilis ſit, & detur rei uxoriæ actio *d. l. 11. ſol matr.* & in bonâ fide accipientem maritum conditio & jus uſucapiendi transferatur *d. t. pro dote.*

LII. Sed an ſicut venditor rem alienam vendendo *l. 25. §. 1. d. contr. empt. l. 30. §. 1. de act. empt.* ſic etiam ille qui rem alienam in dotem dedit, ſatisfaciat obligationi ſuæ, ſi modò alteri rem habere & tenere liceat, ita ut nihil amplius

ab illo peti & exigi poſſit, quæritur? ubi *cum Bach. in Tr. d. diſp. th. 4 lit. C.* diſtinguimus inter dotem æſtimatam & inæſtimatã, quod in illa quidẽ idem quod in venditione juris ſit, cum æſtimationis eadem quæ venditionis ratio ſit *l. 16. ff. h. t.* in hac verò qui rem alienam accepit, utcunque ei eandem tenere liceat, nec quisquam ei controverſiam ejus moveat propter hoc ſolum quod res aliena data fuit perinde ac ſi nihil accepiſſet, priſtina actione experiri queat.

LIII. Quantitas dotis ejus qui ex liberalitate dotem conſtituit nullis legibus eſt definita, ſed in cujusque eſt arbitrio quantum quisque dare velit, adeò ut etiam fœmina omnia ſua bona in dotem dare poſſit *l. mulier 72. ff. h. t. l. 4. C. eod. Gail. 2. obſ. 82. n. 1.* etiam cum pacto de lucranda dote, & ita quidem ut nec teſtandi facultas de iis uxori ſuperſit *Bachov. in Tr. d. diſp. t. 4. lit. E.*

LIV. Datione v. omnium bonorum in dotem præſentia tantùm non etiam futura citra expreſſam conventionem veniunt *Tr. ult. d. diſp. t. 4. lit. E. Vaud. 1. q. 31.*

LV. Dote non conſtituta non præſumuntur omnia bona mulieris in dotem data *Gail. 2. obſ. 82. Menoch. 3 præſumpt. 8.* ne quidem illata & tradita *Mejer. d. loco t. 9.*

LVI. Dimidiam partem bonorum mulier ſi in dotem dederit judex diſpiciet utrà marito danda ſit. *Hotom. in Tr. de dote n. 57. Bac. d. diſp. t. 36.*

LVII. Si liberi ex priore matrimonio extent, fœmina majorem partem bonorum vel omnia bona in dotem dare nequit *gl. Cyn. Bart. & Salic. in. l. 4. C. h. t.* Sed ea à liberis prioris matrimonii inofficioſi argui poteſt *l. un. C. de inoff. dot.* Et in l. 6. C. de ſecund. nupt. prohibetur, ne titulo dotis plus conſequatur maritus quàm ſinguli liberorum, quod ex ratione juris veteris accidiſſet, ſoluto matrimonio, quia eo caſu dotem maritus lucrabatur, unde hac ratione vel ex pactis vel etiam hodie ex conſtitutione Juſtiniani *in l. un. § 6. C. de rei uxor act.* ceſſante major quantitas dotis marito aſſignari poterit *Bachov. in Tr. d. diſp. th. 5. lit. B. ad verba: ſi ex priori. Gail. d. obſ. 82. n. 10.*

LVIII. Hi qui ad dotem conſtituendam officio judicis

judicis cogi poſſunt, tenentur uſq; ad quantitatem quæ convenit facultatibus & dignitati natalium *l 60. l 69. §. 4 & 5. L. 12. §. 3. d adminiſtr. tutor.* quam ſi tutores & curatores exceſſerint, & amplius quàm facultates mulieris patiuntur, dolo promiſerint, id quod ſuperfluum eſt, ipſo jure infirmatur *l. 61. pr. ff. h. t.* Quod verò curator absque dolo vel mulier ejus auctoritate interpoſita ultra patrimonii facultatem promiſit, ita valet, ut mulier viro promittere cogatur, ſi locupletior conſtante matrimonio facta fuerit, reliquum dotis marito ſe ſervaturam *l. 43. § 1. d. adm. & peric. tutor Meje. d. t. 9.*

LIX. Conſtitutio dotis qua quantitas ejus à quocunque in fraudem creditorum excceditur nulla eſt *l. 10. §. 14. L. 25. § 1 quæ in fraud. cred.*

L X. Conſtituitur dos vel inter vivos vel ultimâ voluntate.

L X I. Ultima voluntate, ut teſtamento codicillis aut ejusmodi alia *l. 4 ubi pupill educ. l. 71. §. ult. d. cond. & demonſt. l. 48 § f. ff h. t. l 69. §. 2. de leg. 1.*

L X I I. Inter vivos conſtituitur per conventionem quæ eſt expreſſa vel tacita.

L X I I I. Tacita conventione dos ab initio conſtitui nequit, quia dos re contrahi dicitur, qua in re actu & facto opus eſt, unde dotis cauſa datum accipitur tantùm id, quod in dotem datur, i. e, de quo cum daretur dictum eſt, quod dotis cauſa daretur *l. 9. §. 2. h.* Nec ex ſimplici traditione bona marito in dotem data præſumuntur *Bald. in l. fin. C. d. ſentent. quæ ſine cert. quant Roland. à Valle in Tr de lucro dotis q. 73. Phanucc. in tr, d. lucr. d. dot. gl. 10, n. 46. Hillig in Don. enucl. 14. com. 4. lit. B.* etiamſi mulier dixerit, quod ſe & bona ſua marito tradat & committat, quæ tamen verba expreſſæ dotis mentioni æquipollere putat *Gail d. ob. 82.*

L X I V. Dos verò rite antea conſtituta in perſona ejusdem mariti tacitè renovata cenſetur, ubi videlicet mulier ad maritum à quo divortium fecerat, redit, dote nondum avocatâ *l. 19. l. pen. § 5. ſol. matr l. 13 l. 30. l. 40. l. 64. ff. h. t.*

L X V. Idem ſtatuunt allegati à Gailio *d. obſ. n. 7. & Tr. d. diſp. th. 5. lit B,* ſi mulier defuncto primo marito alii nupſiſ-

ſer, quod ea dote nulla expreſſè conſtituta dotem prioris matrimonii in ſecundo iteraſſe præſumatur, adeoque ut etiam omnia bona ſecundo marito in dotem data intelligantur, ſi primo data fuerint, licet nihil expreſſe actum ſit *Sal. in l. ult. C. de repud.* Verum cum in hoc caſu textus deficiant, & rationes juris hujus introducendi, quæ militant in caſu, ubi dote nondum reſtituta uxor ad maritum priorem reverſa eſt, ceſſent, non immeritò in dubium hæc opinio vocatur *à Bach. d. diſp. 11. 5 lit. B. ad verba: quid ſi à primo.*

LXVI. Expreſſa conventio eſt vel ſola vel cum facto conjuncta.

LXVII. Sola conventione ut & ex ultima voluntate ante traditionem vel id quod pro ea habetur non tàm dos quàm dotis obligatio conſtituitur *Mejer. d. t. 6. 10, n. 1.* nec promiſſa dos adhuc propriè dos eſt *Tr. d. diſp. th. 1. lit. D.* Nec in reſtitutionem venit *Hillig. in Don. enucl. d. c. 4 lit. B.* Statutum tamen de lucro dotis etiam in dote promiſſa locum habet *Treutl. & ab eo alleg. d. loco* quoniam alias perſpicuè injuria fieret marito, cui dos ſtatim debuit dari, nec mora alterius, creditoris damno cedere debet.

LXVIII. Sola conventio perficitur pacto legitimo vel ſtipulatione. *l. 1. & t t. C. d. dotis promiſſ. & nud. pollicit.* Unde dos promiſſa dicitur, quæ ejusmodi eſt ſimpliciter & abſolutè, vel ſub cautione inſtrumenti dotalis quæ dos dicitur cauta *t. t. C. de dote cauta non numerata. Nov. 100. Vult d. loco n. 21.*

LXIX. Scriptura ad conſtitutionem dotis non requiritur *l. 17. C d. pact. d l. 1. in pr. verſ. rei uxor. C. de rei uxor. act.* licet plerunque inſerantur melioris probationis cauſa inſtrumento ea quæ dotis nomine acta ſunt *l. 5. C. de pact. conv. tam ſuper dote l. 1. 3. C. de dote cauta l. 15. C. de pact.* quæ tamen citra fidem etiam inſtrumentorum datam aliunde probari poſſunt, nec amiſſis inſtrumentis cœtera probationum indicia ſunt irrita *l. 15. C. b. t.*

LXX. Inſinuatio quoque neceſſaria non eſt, etiamſi quingentorum ſolidorum ſummam dos excedat *l. ult. pr. verſ. ſancimus C. h. t. Cujac. in Nov. 119.*

71. Dotem

LXXI. Dotem ergò ſive ex ultimâ voluntate ſive ex conventione debitam ſolvere marito omnimodò tenentur ii, qui eo nomine ſunt obligati *l fin. C. h. t. l. fin. C. ad Velleſan.*

LXXII. Et ex teſtamento quidem actionem habent nuptiis ſecutis & gener & filia, ſi nondum debitam ſeu promiſſam dotem legaverit ſocer genero *l. 48. §. f. l. 71. §. ult. d. cond. & demoſtr.* ſi verò debitam ſeu promiſſam dotem leget ſocer genero, ex promiſſione gener, filia ex teſtamento adverſus heredes agere poteſt *l. 5. C. de dotis promiſſ. l. 69. §. 2. l. 44. §. 6. de leg. 1.*

LXXIII. Dos pacto conſtituta petitur actione ex pacto legitimo *l. fin. C. d. dot. coll. l. 4 l. 6. C. de dot. promiſſ. VVeſenb. paratitl. h. n. 4. nec enim talis pollicitatio eſt conventio cauſa ut uxor ducatur ut Vult Connan. 5. com. 3. & ex eo Tr. d. diſp. th. 3. lit. G.*

LXXIV. Cum ſtipulanti dos promiſſa eſt, ex ſtipulatu competit actio, quæ hodie *ex d. l. un. C. de rei ux. act.* ſimpliciter ſive tum etiam cum pacto tantùm dos eſt conſtituta introducta videtur, ita ut ſanctio *d. l. 6. C. d. dotis promiſſ.* hodie ſit inutilis *Bach. in Tr. vol 1. diſp. 6. th. 2. lit. D. Accurſ. Cyn. & Salic. in d. l. 6.*

LXXV. Hæc actio ex ſtipulatu competens marito vulgo habetur bonæ fidei *VVeſenb. in π. ff. h. n. 6.* Sed rectius ſtricti juris eam eſſe defendunt *Bach. d. diſp th. 8. lit. A Cujac. 14. obſ. 22.*

LXXVI. Competit & *ex d. l un. § 1. C d. rei uxor act.* marito hypothecaria actio quâ perſequatur jure pignoris bonorum poſſeſſionem ejus qui dotem promiſit.

LXXVII. Hæ ſunt actiones legitimæ, quibus maritus ſi promiſſis non ſatisfiat, experiri debet: expellere verò uxorem domumque parentibus vel propinquis ob non ſolutam dotem interim remittere non poterit, quod ipſi licere vulgò ſentiunt *Gail. 2. obſ. 87. n. 3.* licet, ut idem ibidem rectè notat, pernicioſe peccent in hoc ambitioſi parentes qui aureos montes pollicentur in tractatu matrimonii, nuptiis verò ſubſecutis & celebratis parum aut nihil præſtare volunt, & hujuſmodi matrimonia plerunque ſint infauſta

& jur-

& jurgiis plena *l. ult. C ad Vellejan. c. per veſtras extra. de donat. inter vir. & uxor.*

LXXVIII. Conventio cum facto conjuncta eſt, quâ non tam dotis obligatio quam ipſa dos conſtituitur, quod fit cum id negotium agitur, unde quandoque mulieri de repetendâ dote actio contra maritum ſoluto matrimonio competat. *Mejer d. t. th. 10. n. 2.*

LXXIX. Factum hoc eſt vel traditionis ejusque tàm veræ, cum videlicet dos de manu in manum transfertur *l. 23. ibi: dotis datio d. R. I. l. 22. pr. ſol. matr. l. 46. h. & paſſim.* quam fictæ, ut: 1. patientiæ cum quis patitur & permittit alterum dotis nomine fundo ſuo uti frui *l. ult. de ſervitutib. l. 3. pr. de uſufructu.* 2. Cautionis *d. l. ult.* 3. Ceſſionis *Vlpian. in fragm. tit. 19. §. 8. 9. 10.* Vel ejus quod pro traditione eſt, ut 1. remiſſionis ejus quod maritus mulieri vel alii debet, quæ fit vel acceptilatione, cum creditor vel mulier acceptum fert marito, ut id quod ex aliâ cauſa debuit maritus jam habeat ex dotis cauſa *l. 41. §. 2. l. 43. pr. & §. 1 ff. h. t. l. 10 §. 14. quæ in fraud. credit.* vel nudo pacto *l. 44. §. 1. l. 12 § f. l. 58. §. 1. l. 77 ff h. t.* quod pactum liberatorium cum legum peculiari auxilio opus non habeat, legitimum non eſt *l. 12. §. f. h. Mejer. d. t. th. 11. in med.* 2. Delegationis, ſi mulier vel extraneus debitorem ſuum jubeat ſolvere vel promittere marito tantundem quantum debet *l. 2. C. de obl. & act. l. 41. § 3. & fin. l. 36. & ſeq. l. 78. §. f. l 83. ff. h. t.* quo caſu ſi maritus debitum dum poteſt non exigat rem ſui periculi facit ſi interea debitor bonis labatur *l. 49. pr. ſolut. matrim.* 3. Repudiationis hereditatis vel legati, ut ſi ſibi fundum legatum dotis cauſa mulier repudiaverit, vel etiam ſubſtituto viro omiſerit hæreditatem vel legatum *l. 14. §. fin. ff. de fundo dot.*

LXXX. Circa conſtitutionem dotis verſantur pacta quædam, quæ ob id dotalia appellari ſolent, & ad duo potiſſimum capita referuntur, ſunt enim partim de dotis quantitate, partim de modo dotis conſtituendæ *Vult. d. l. n. 24.*

LXXXI. Quantitas dotis certa eſſe debet, aut ſi eſt incerta, ad certitudinem aliquam eſt redigenda. Incertam enim & indefinitam dotis promiſſionem valere non modò

à patre

à patre ſed etiam à quocunque alio communis eſt opinio *gl. Cyn. Bart. Bald. Salic. in l. 1. C de dot. promiſſ quamvis Duareni ſententia 1. diſp. 56. eam non niſi in patre valere ad legum conciliationem proprius accedere videatur.*

LXXXII. Reducitur autem ad certitudinem per arbitrium boni viri, quod cum actioni ex hujusmodi promiſſione inſtituta inſit, judex pro conditione perſonarum & facultatibus promittentium certam determinabit dotis quantitatem *l. 69. § 4. l. 60 ff. h t* idque ne mulier ſit indotata contra publicam utilitatem *l. 1 ſol. matr. l. 2 ff h t l. 71. de evict. l. 18. de reb. auctor. judic. poſſid.* aut maritus decipiatur: qua ratione etiam dotis legatum indefinitum valere putat *Bachov. d. d. t 4. lit D.*

LXXXIII. De modo pacta fiunt ob lucrum dotis aliasq; circumſtantias quæ in conſiderationem veniunt matrimonio quomodocunque diſſoluto, itemque ob æſtimationem rerum in dotem datarum.

LXXXIV. Res enim quæ extra fungibiles in dotem dantur, dantur vel æſtimatò, nimirum precio rerum dotalitium deſignato, vel inæſtimatò cum ſcilicet id non deſignatur *l. 10. pr. §. 4. l. 12. pr. l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. § 1. l. 25. & ſeqq l. ult. C. h. t. l. 1 § 9. C. d rei uxor. act.*

LXXXV. In dubio dos nulla expreſſa æſtimatione tradita omninò inæſtimata intelligitur, quippe cum per æſtimationem venditio quaſi contrahatur, ea ſine definitione certi precii perfici nequit. *Bachov. contra Treutl. d. diſp. th. 6. lit. B.*

LXXXVI. Æſtimatio autem fit vel venditionis cauſa vel tantùm ſummæ declarandæ, ſive ut conſtet, quanti res ſint *l. 69. §. 7 ff. h. t.* quod fit, ſi convenerit ut res æſtimatò datæ reddantur *l. 18 ff. h. t. l fin. §. 1. de pact. dotal. l. 50 ſol. matr l. 21: C. h. t.* vel ſi convenerit ut aut æſtimatio aut res præſtetur *l. 10. § 5 ff. h. t. l 11. de fundo dot.* mulierque ſibi electionem expreſſe reſervarit: in dubio verò & ubi talia pacta non adſunt, vera venditio & ea quidem non ſimplex ſed dotis cauſa per æſtimationem contrahitur, & non res ſed æſtimatio ſeu rei pretium eſt in dote *l. 1. §. 9. l. 10. §. 4. l. 16. ff h. t. l. 50. ſol. matr.*

LXXXVII. Pactorum dotalium alia ad jus pertinent, alia ad voluntatem: in his ſolam voluntatem contrahentium ſequimur, in illis non item *l.12 §.1. d pact. dotal.*

LXXXVIII. Pacta enim quæ eò tendunt, ut vel morte viri vel divortio ſoluto matrimonio dotis repetitio in perſona uxoris aut inhibeatur *l.3. C. d. pact conv. tam ſup. dot. l.2. l.11 l.12 § 1. l.16 ff. d. pact. dot.* aut differatur *d. l.16. l.18 ff. eod.* atq; ita contra utilitatem publicam mulier indotata fiat, legibus noſtris improbantur *l.2. l.6. l.14 & 3. ſeqq. l.29. pr. ff. eod.*

LXXXIX. Nullius quoque efficaciæ ſunt ea pacta, quæ adverſantur naturæ dotis, *quale eſt ut dos ſit ſterilis, niſi mulier ſe ſuos alat, tueatur & univerſa onera expediat l.4. l.11. ff. eod.* bonis moribus *e.g. ut dolus tantùm præſtetur l.6. ne de moribus nec ob res amotas agatur l.5. pr. §.1.* vel legibus, *ut quibus donatio aliqua inter conjuges confirmatur d. l.5. §.1. l.22. l.28. ff. eod. l.33. pr. de don. inter vir. & uxor.*

XC. Cœteroquin illi qui dotem dant ab initio & ſtatim cum dant, & in caſum quo morte uxoris ſolvitur, matrimonium paciſci liberè poſſunt *l.20 §.1. ff eod.* jus verò uxori quæſitum tollere non poſſunt *arg. l.7 ff eod.*

XCI. Pacta dotalia, ſicut & ipſa dotis conſtitutio tàm ante quàm poſt nuptias fieri poſſunt *l.1. pr. l.12. §.1. l.28. ff. eod.*

XCII. De conſvetudine Germaniæ etiam pactis dotalibus hereditas dari poteſt, *Treutl. d. diſp. th. 7. lit. A.* unde quæritur, an ea exemplo cujusvis ultimæ voluntatis invito altero conjugum vel inſcio tolli & mutari poſſint ab alterutro: quod affirmant *Sich l.3 C. d collat. VVeſenb. conſ 63. in f.* Nos *cum Bach. in Tr. d. lit. A.* non magis quam pacta de lucro dotis vel donationis propter nuptias altero inſcio vel invito revocari vel mutari poſſe putamus.

XCIII. Finis dotis eſt ut ſubſerviat matrimonii oneribus, quæ ſoli marito incumbunt *l.7 pr l.56 §.1. l.75. l.76. ff. h. t. l.20. C. eod.* ſine matrimonio enim dos eſſe nequit *l.3. l.76. in f. ff. h. t. l.20 pr. C. de donat. ante nupt.* quamvis ita vocetur diremto matrimonio donec legitimè reſtituta *Hillig. in Don. enucl. 14. com 4. lit. D.*

XCIV. Ideoque dotis conſtitutioni ſemper conditio, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ, tacite ineſt *l.21 ff.h.t. Vult.d.l.n.35.* ante quas res promiſſa non debetur, tradita autem, licet durante adfinitate inter ſponſum & ſponſam repeti non poſſit *l. 8. d. cond. cauſa dat.*, dotalis non eſt ſed fructus percepti in dotem computantur *l.7.§.1. ff. h. t. niſi aliud convenerit d §.1.l. 47 ff.eod.l 38.§.12.de uſur.l.28 de pact.dot. l.6.ſolut.matrim.* Nuptiis verò plane non ſecutis conſtitutio dotis in irritum redigitur: ei enim qui jam dedit condictione cor ſulitur *d l. 8. d. cond. cauſa data*, contra petitionem exceptio objicitur, dotis cauſa ſublata obligatio priſtina redintegratur & in priſtinum ſtatum reponitur? *l. 36. & ſeq. ff. h.t.* non æſtimatio ſed res repetitur *l 17.§.1 ff h.t.*

XCV. Cæterum cum hæc obligatio, qua maritus ad ſuſtinenda matrimonii onera tenetur, non ſi ex ſola dote & indotata etiam matrimonia eſſe poſſint *l.20 pr.C.d.don ant. nupt.l fin.C de repud Dd.in l.1.ſol matr.Gail. 2 obſ.95.n 7.* maritus etiam ultra dotis reditum in uxorem impendere tenebitur non ſolùm de jure divino *Gen 2.verſ.23 1.Cor 8.verſ 12. Epheſ 5. verſ 28.* ſed etiam civili *l.13.C.d.negot.geſt Bach.in.Tr.vol.2.diſp.6. th 7 lit K.*

XCVI. Effectus dotis conſiſtunt vel in jure mariti vel in ejusdem obligatione.

XCVII. Jus mariti conſiſtit in dominio rerum in dotem datarum durante matrimonio *pr. Inſt quibus alien. licet l.7.§ fin l 69 §.8 l 75 ff.h.t.l.23.C.eod.l.13.§.2.de fundo dot.l 21.§. 4.ad municip.Hillig in Donell enucl.d.loco lit.F.*

XCVIII. Dominii effectus conſiſtit partim in adminiſtratione dotis & actionibus exercendis, partim in fructibus rerum dotalium lucrandis.

XCIX. Ubi inter res æſtimatas & inæſtimatas diſtingvendum. Rerum enim æſtimatarum pleniſſimo jure dominium maritus habet *l.1.§.15. C.d rei uxor.act.* Maritus enim fit emptor æſtimatione illa, quæ vera venditio eſt, ita ut mulieri ſola æſtimatio debeatur *l.5.l.10.C.h.t* & in maritum omne periculum transfert *l 10 pr. ff. eod.* & ideo eas maritus pro arbitrio ſuo alienare poterit *l.5.l.6.§.ult.ff.h.t.l.12 § 3.d.pact. dotal.l.11. de fundo dotali.*

C. Et hæc ſi æſtimatio ſit facta venditionis cauſa: ſecus, verò ſi tantùm ſummæ declarandæ *juxta diſt. th. 56*, tum enim idem quod in non æſtimatis obtinet.

CI. Rebus inæſtimatis, quæ propriè dotales ſunt, *d. l. un. § 15. C. d. rei ux. act.* in dotem datis maritus non pleniſſimo jure dominus eſt: neque enim res immobiles alienare poteſt *t. t. ff. & C de fundo dotali.* etiam cum conſenſu mulieris *d. l un §. cum lex Iulia & §. cum autem. ubi gl C. d rei ux act. pr. Inſt. quib alie. lic. Nov. 61. c 1.* etiamſi ille iteratus fuerit, *quam communem opinionem eſſe tradit Bald Nov. p. 7. priv 1. n. 5 verſ. fallit primò, cui tamen contraria videtur d. N. 61 c. 1. § 3. verſ & multo potius, ubi ut donationis propter nupt. ſic & dotis alienatio valere dicitur, ſi mulier poſt biennium iterũ conſenſerit & mulieri aliunde conſuli poſſit.* Si tamẽ conſenſui mulieris acceſſerit juramentũ, jure pontificio alienatio valebit *c. cum contingat. extra de jurejur Guib. Coſt. de dote c. 5. n. 14.*

CII. Excipitur caſus alienationis neceſſariæ quæ non dependet ex nudà mariti voluntate ſed & juris habet neceſſitatem *l. 1. pr. d. fundo dot.* veluti ſi fundus dotalis communis arbitrio judicis dividatur vel alteri adjudicetur *arg. l. 2. C. eod. l. 78. § 4 ff. h. t* vel ſi marito non cavente de damno infecto vicinus in poſſeſſionem fundi dotalis mittatur *d. l. 1. pr.*

CIII. An verò tum demum quando de dote mulieri actio competit, fundus dotalis alienari nequeat, an verò & quando alius habet actionem ex ſtipulatu vel præſcriptis verbis? prius affirmat & probat *Mejer. in colleg. ff. Argentorat. tit. de fundo dotali. th. ult.*

CIV. Res verò mobiles indiſtinctè niſi præjudicium uxoris verſetur alienare poteſt maritus *l. 3 § 2. de ſuis & legit l. 1. & ult. C. de ſerv. pign. dato l. 21 de manum. VVeſenb. paratil. ff de fundo dote Guib. Coſtan. c. 5. n. 14.* Dd. tamen vulgò diſtinguunt inter res quæ ſervando ſervari poſſunt vel non. *VVeſenb. ibid.*

CV. Dominii quoq; effectus apparet in actionibus, quæ de re dotali ſoli marito competunt: Solus enim vir rem dotalem vindicat *l. 9. C. de rei vendic.* etiam ab ipſa muliere *l. 24. de act. rer. amotar.* furti actione & furtiva condictione utitur *d. l. 24. l. 49. d furt.* mulier autem conſtante matrimonio rem dotalem vindicare non poteſt *d. l. 9. l. 5. C. de collat.* neque furti actionem habet *d l. 49.*

105. Fru-

CVI. Fructus quoque dotis ad maritum pertinere cum onera matrimonii ſuſtineat, ſumma æquitatis ratio ſvadet *l.27.pr §.1.l.10.§.3.l.32.l.47.l.56 §.12.l.75.in f.ff.h.l.20.C.eod.d.l 1 § 9.verſ.fœtus.C.d.rei ux.act.* quos quoque à muliere vel alio durante matrimonio perceptos etiam ſoluto matrimonio repetere poterit *l.22.de pact dotal l.21.§ 1.l.54. de donation. inter vir.& uxor.d.l 20.C.h.t.l.8.C.de don.inter.vir.& ux.Nov.22.c.39.*

CVII. Et rebus quidem æſtimatis omnis omnino acceſſio & cauſa ad lucrum mariti pertinet *l.10 C.h.t.* Inæſtimatis verò ea tantùm ad maritum pertinent, quæ in fructu ſunt *d.l.un.§ 11.verſ.fœtus.C.de rei ux. act.* quare nec acceſſiones prædiorum dotalium *l.10 § 1.ff.h.t.* nec uſusfructus accedens nudæ proprietati *l.4.ff.eod.* mariti lucro cedet, ſed erit incrementum dotis, nec theſaurus vel arbores non cæduæ *l.7.§.12 ſol. matr.* nec ſobolis ſervorum dotalium *l.10.§.12 ff.h.t.l.1.C.ſol. matr. quam cum l 18 ff h.l pen.§.3.ſol.matr.conciliat Duaren.ad d.l. pen. diſtinguendo inter æſtimationẽ periculi ſuſcipiendi cauſa factã vel eo tantùm fine ut culpa mariti rebus deperditis vel deminutis æſtimationem mulieri probare non ſit difficile:*

CVIII. Feudo in dotem dato dotalis vaſallus marito ſerviet *Roſenth d feud c.8.concl.13.n.4.*

CIX. Ut in rebus propriis in dotem datis dominium ſic in rebus alienis jus & cauſam uſucapiendi conſequitur maritus *t.t.pro dote t.t.C.de uſucap pro dote.l.12.pr d.publ.* quæ dotales fiunt ſi fuerint uſucaptæ *l.13.§ 2 l.14.§.2.de fund.dotal.l.6.§.1. l.67.ff.h.t.* aut ſi fuerint res quæ uſu conſumi poſſunt conſumptis iis dotis efficiuntur *l.81 ff.eod.*

CX. Re verò aliena vel alteri obligatâ evicta marito datur actio ex empto ſi fuit æſtimata. Si fuerit inæſtimata, tum niſi dolus interceſſerit, citra conventionem nulla competit actio *l 1 C.h t.l 34 ff eod.l.78 pr.d.ſol & lib.*

CXI. Obligatio mariti eſt in reſtitutione dotis, ad quam maritus nunquam tenetur durante matrimonio *l.1 l.76.ff.h. Br.in l.ſi conſtante 24 n.25 ff.ſol matr. Gail.2.obſ.83.* niſi evidentiſſime appareat mariti facultates ad inopiam vergere, ita ut exolutioni dotis non ſufficiant *l. 29 C. h. t. d l.24 pr.ſol.matr. Gail.d.obſ.n.2.Herm. Mejr. lib.2. de præfer. credit.tit.5. n.35. & ſeq.*

 & neque

& neque tunc repeti poſſe, ſi mulier obærato viro ſcienter nupſerit *tradit Gail. 2. obſ. 84. quam ſententiam inhumanam vocat Bachov. in Treutl. th. fin. lit. A.* Maritus tamen dotem ex cauſa inopiæ reſtitutam conſtante matrimonio locupletior factus repetere poteſt *Gail. 2. obſ. 85. per tot.*

CXII. Si quoque ob nimiam ſævitiam mariti thori ſeparatio fiat, licet matrimonium verè non dirimatur, dos tamen ſtatim reddenda. *Hippolyt. de Marſil. in l. ult. C. ad l. Corn. de ſicar. n. 22. Hillig. Don. enucl. 14. c. 5. lit. A. in not.*

CXIII. Extra hos caſus nec volens maritus volenti uxori rectè ſolvit, quia ſi conſumſerit uxor, denuò reſtituere cogitur, niſi ex juſtis cauſis reddiderit, ut impendat in res neceſſarias vel ut officium pietatis inde ſuis exhibeat *l. 20. l. 21. ff. ſolut. matrim.*

CXIV. Soluto verò matrimonio cum finis dotis ceſſet *l. 77. ff. h. t.* dominiumque ad mulierem redeat, omnimodò ad reſtitutionem dotis tenetur maritus niſi juſtas retinendi cauſas habuerit; quales ſunt: 1. Conventio ut mortua muliere dos viri maneat *l. 12. d. pact. dotal.* 2. Delictum adulteræ mulieris *l. 38. & ſequ. l. 47. ſol. matr. l. 8. C. de repud.* 3. Statutum dotem illiusve partem marito tribuens. quod an habeat in locum in ſponſa de præſenti nec cognita nec traducta, quæritur, quod negant *P. Gregor. 45. ſynt. 14. n. 7. Tiraquell. ad l. 8. C. d. revoc. don. verb. donat larg. n. 222. n. 230.* & traductionem & complexum maritalem inſequutum requirunt; affirmat *Treutl. d. diſp. th. 1. lit. D. Gail. 2. obſ. 79.* quæ opinio humanior & æquior *Gail. ibid. n. 3. Bachov. in Tr. d. lit. D.* In lucranda verò dote non ſtatuta loci contractus ſed domicilii mariti ſunt reſpicienda *Vasqu. 1. contr. uſufrequ. 3. n. 20. Hillig. in Don. enucl. 14. com. 5. lit. D. in not.*

CXV. Res immobiles hodie maritus ſtatim reſtituit, mobiles non niſi poſt annum *d. l. un §. 7. C. d. R. V. A.*

CXVI. Dotem profectitiam filiafamilias petit cum patre *l. 2. §. 1. l. 3. ſol. matr.* emancipata filia petit ſola *l. 22. §. 4. ff. eod. Bach. in Tr. diſp. th. 10. lit. D.* mortua conſtante matrimonio filia ſive in poteſtate ſive emancipata repetit pater ſolus *l. pater filiæ 71. d. evict. l. 59. l. 10. ſol. matr. l. 5. de divort.* Quod ſi pater

dotem

dotem ſibi reddi ſtipulatus eſt, in omnem caſum ſolus agit *l. 29. ſol. matr.* non obſtante culpa vel facto filiæ *N. 22 c. 19. l. 2. §. 1. ſol matr.* non verò ſi tantùm pactus eſt *l. 6. C. h. t. Don. 14. c. 16.*

CXVII. Dotem adventitiam filiaf. petit cum patre ex ratione juris veteris *Vlpian. in fragm tit. 6. §. 3.* hodie ſola, parente ſaltem conſenſum accommodante *arg. l ult. pr. verſ. & filius C. de bon. quæ liber. Bachov. in Tr. d. d. th 10. lit. C.* filia emancipata petit ſola: filia mortua ipſius heredes *d l. un. §. illo procul C. d. R. V. A.* qui patre præmortuo ſemper dotem petunt.

CXVIII. Quodſi liberos mulier reliquerit, dos ad patrem non revertitur, ſed propter liberos apud maritum manet, ex generali totius orbis conſvetudine de qua teſtantur *Guid. Papæ conſ. 12. n. 18. & reliqui allegati à Tr. d. diſp. th. 11. lit. C.* quæ cum jure noſtro non congruit *Bachov. ibid.*

CXIX. Extraneus citra conventionem & in caſum quo fœmina deceſſerit in matrimonio ſine liberis *l. 46. ſol. matr. Don d. c. 6.* jus repetendæ dotis non habet, & dotes quas extraneus ſibi reddi ſtipulatus eſt, receptitiæ vocantur *Vlpian. d. l. §. 2 l 31 ſ. 2. verſ ſed & dos ff. de mort. cauſa don.*

CXX. Sed ſi à muliere quis adhibitus & dotem ſoluto matrim. ſibi reddi ſtipulatus ſit, quæritur, an in dubio ſit habendus pro mandatario, an verò pro donatario, & hic an inter vivos an mortis cauſa? ubi tres ex Dd. diſtinctiones affert *Bachov. in Tr d. diſp. th 8 lit A ad verba: quid igitur ſi mulier.* 1. an adhibitus ſit extraneus an conjunctus, quod in hujus perſona facilius præſumatur animus donandi *Cyn. in l. 2 C. h. t.* 2. an ſtipulatio ſit interpoſita de tota dote reddenda, an de ejus parte *Bart. in l 33 ſol. matr. Salic. in d l 2.* 3. an quis ſtipulatus ſit in caſum mortis uxoris an alias ſoluti matrimonii divortio vel morte mariti quod poſteriore caſu nunquam animus donandi præſumatur, ne uxor indotata efficiatur *Caſtrenſ. in d. l. 33.* Donandi verò cauſa adhibitus in dubio mortis cauſa donatarius exiſtimandus, donatioque ex pœnitentia revocari poterit *Cyn in d. l. 2.*

CXXI. Veniunt in reſtitutionem dotis res 1. eæ quæ pleno jure tranſierunt, ut fungibiles, quæ ejusdem qualitatis reddendæ *l. 42. ff. h.* & æſtimatæ, quando æſtimatio venditionis

nis cauſa factæ, ubi non ipſæ res æſtimatæ, nec aliæ ejuſdem generis ſed æſtimatio debetur *l.10.§.4 ff.h.t l.5,C.eod.* Secus ſi æſtimatione facta convenerit, ut ipſæ res reddantur *l.50.ſol. matr.*tum enim ſi extant reddendæ,ſi non, æſtimatio *l.21 C h. t.*Quod ſi convenit ut aut æſtimatio aut res reddatur electio in dubio mariti *d.l.10.§.f.ff.h.*niſi mulier expreſſe ſibi eam reſervarit.

CXXII. 2. Inæſtimatæ,tàm ipſæ in dotem datæ *d.l.50. ſol.matr.l.17. in f.ff.h.* quam commoda quæ dotem augent, ut ea quæ non ſunt in fructu, tum quæ ſunt in fructu, ſed vel percepta ante nuptias vel iis diſſolutis pro portione ejus temporis,quod in anno quo matrimonium diſſolutum fuit, ſupererat *l.7.pr.§.1.ſol.matr.d.l.un.§.9.* C.d.R.V.A.

CXXIII. Venit item in reſtitutionem quicquid in rebus dotalibus dolo culpave mariti admiſſum eſt :· præſtat enim in iis maritus dolum,culpam & diligentiam quam in ſuis rebus exhibet *l.17.§.1.ff. h t.l.18 §.1.l.22.§.8.l.24.§.6.l.66. pr.l.ult ſol.matr. Meſer.ff.h.t.th.21.*

CXXIV. Actiones quibus à marito dos repetitur,dantur vel extraneo vel ipſi mulieri.

CXXV. Extraneus ſi ſtipulatus eſt ſibi dotem reddi habet actionem ex ſtipulatu:ſi pactus eſt ſine ſtipulatione præſcriptis verbis *d l.un.§.13.C.d.* R.V.A.

CXXVI. Mulieri vel ejus hæredibus perſonalis actio ad res quidem æſtimatas ex vendito *l.10.C h.t.* ad alias actio ex ſtipulatu *d.l.un.§.1.C.d.R.V.A* quæ eſt bonæ fidei *d.l. un.§ 2.* 2. Hypothecaria *ex d l un.§.1.* 3. In rem ad res certas *ex l.30.C.h.t.Don.14. com.7.*

F I N I S.

Auctaria.

I.

Favorabiliorem eſſe cauſam dotis quàm alimentorum ajunt Cyn. in l. 1. d. al. lib. Bald. in l. ſi pater dotem, n. 1. d. jur. dot. Gail 2. obſ. 95. n. 15. & alii: quod rectè improbatur à Mejero in Colleg. ff. h. t. theſ. 5. num. 14.

II.

Fidejuſſio vel mandatum pro dote ſervandâ à marito exigi non poteſt, l. 1. l. 2. C. ne fidejuſſ. dot. dent. neq; à volente marito datus fidejuſſor tenetur arg. l. un. C. Theodoſ. de fidejuſſ. dot.

III.

Dotis cauſa cum principaliter agitur non eſt mixti fori Fachin. 10. cont. 37.

IV.

Mulier ratione hypothecæ quam pro dote habet in bonis viri, præfertur omnibus creditoribus etiam anteriorem expreſſam habentibus l. adſiduis. C. qui potiores in pign. Fachin. 10. contr. 35. & ita judicatum eſſe in Camera refert Minſing. 4. obſ. 13.

V.

Dotis privilegium in dote confeſſata locum non habet, Gail. 2. obſerv. 81.

VI.

Ex promiſſione patris de dote marito facta, mulier non patrem ſed maritum vel eo mortuo ipſius hæredes conveniet, l. 5. C. de dot. promiſſ. l. 45. §. Lucius. ff. ſolut. matr. Fachin. 8. cont. 73.

Nobiliſsimo Dn. Reſpondenti amico ſuo ſummè intimo de *Jure dotium* diſputanti.

PEr magnus eſt in jure noſtro dotium,
Paſſim favor, contraque juris regulas,
In dotibus recepta ſunt quàm plurima,
Semperq; earum cauſa præcipua undiq; eſt,
Nam publicæ rei intereſt, ut ſalvá ſit
Dos fœminis, juſtoque matrimonio
Numeroſa proles procreetur, civitas
Ut inde multis repleatur liberis.
Quare, *Johannes* ô amice inter meos
Sincera quos junxit fides, non ultime,
Non abſq; cauſa juris ex multiplice
Penu eligis tractare jura dotium
Et eruditis diſputatiónibus,
Videre quidnam in jure jam profeceris,
Sic perge ſemper ſtrenuè, Themis tibi
Sat ampla quondam largietur præmia
Nec patriæ ſolùm columnam nobilem
Reddet, ſed inſuper puellam divitem,
Quæ dote te beare poſſit maximâ,
Conjunget atque ita labores plurimos
Honore magno ſarciet, pulcherrimâ
Sumptus rependens inſuper puellulâ.

applaudebat

Marcus ab Eichſtedt Eq. Pom.

Magna

MAgna in Daldorpi *quod regnet corpore virtus,*
Comprobat hoc factum, Jane *polite, tuum.*
Ingenium tibi divinum eſt, namq́; ardua tentas;
Vincis, judicii dexteritate tui:
Eſt magnum: jactare virum, ſe poſſe per arma
Martis, nec vanum hæc gloria nomen habet.
Aſt majus; jactare virum ſe poſſe per arma
Cynthia, majus enim hac gloria nomen habet.
Ergo tuum nomen tantò præſtantius armis
Quantò Panſophiæ gloria major erit.
Macte ergo virtute tua, perdocte Johannes,
Ingeniiq́; hoſtes dexteritate fuga.
Arma tibi Codex, galeam Digeſta miniſtrant,
Uteris his armis ſi bene, victor eris.
Perge; nihil metuas; nec tela ſcholaſtica cures,
Quæ facili pugna ritè retorſa cadent,
Perge; Themis dudum ſacros porrexit honores,
Purgabunt parvam commoda magna moram.
Sic tibi, ſic ſtudiis, magnos cumulabis honores,
Poſt tua ſic vivet funera, fama, decus.

L. mque
appoſuit
Bartholdt von Lützow *Eq. Meg.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.